



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

12. Diana. Ex Apuleio. z. Metam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Dixit ad imitationem Anacreontis: Apud quem Desiderium, & Amor circa Venerem ἀνακρίων equitane ἰπί διαφίτι χορῶντις.
 Maria persulfantes. melius quàm presulfantes expressit, & illud Anacreontis, quὶνὸ μὲν τὶ μίμνῃ, ἀλλὰ καὶ δαδάων, sulcum maris dixit.

Concha sonaci buccinae.

Vi apud Nonnum, Triton ipse ἰσθμῶν κῆρυδι νόχλῳ. Buccinatorem dixit Cicero filius. epist. 21. l. 16 in eo, ut in caseru audacior, quam pater.

Speculum pragerit.

In quo delicatissimarum puellarum triumphabat luxu. Senec. i. natur. q. 17.

Specula totius paria corporibus, auro, argentoque calata sunt: denique gemma adornata: & plura unum ex his scemina constitit, quam antiquarum dos fuit illa, qua publice dabatur Imperatorum pauperum liberu.

Item Apuleius lib. 6. Metamorph.

Ivbet construi currum, quem ei Vulcanus subtili fabrica studiosè poluerat, & ante thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat: Luna tenuantis detrimento conspicuū: & ipsius auri damno pretiosum. De multis quæ circa cubiculum dominae stabulant, procedunt quatuor candidæ columbæ, & hilaris incessibus picta colla torquentes iugum gemmeum subeunt, susceptaque domina lætæ subvolant, currum Deæ prosequentes, gannitu constrepenti lasciuunt passeret, & cæteræ, quæ dulce canticant aues, melleis modulis suave resonantes, aduentum Deæ præsentiant, cedunt nubes, & cælum filia panditur, & summus æther cum gaudio suscipit Deam: nec obuias aquilas, nec accipitres pertimescit magna Veneris canora familia, tum se protinus ad regias Iouis arces dirigit.

Nota.

Ante thalami rudimentum nuptiale munus obtulerat. Similiter Claudianus, de nuptijs Honorij & Mariae.

Mulciber, ut perhibent, his oscula coniugis emittit.

Mœnibus, & tales uxorius obtulit arce.

Luna tenuantis detrimento conspicuum.

Significat currum, arcuatum, & ad effigiem Luna corniculatæ figuratum.

Auri damno pretiosum.

Quod enim ars raserat ex auro ad arcuatam figuram intenuandam: hoc ipso fuit opus politius, & nobiliss.

Currum Dea prosequentes, gannitu constrepenti lasciuunt passeret.

Passeret, columbæ, olores sunt in famulatio Veneris.

Sappho in hymno ad Venerem.

Καλὸν ἔσθ' ἄγορ,

Ὡκείες ἔρπυλοι πτέρωτας μελαίναι.

Ποικῶ δὲ δεικόντες ἀπ' ὠρῶν ἀγέλης διαμύσσο.

Pulchri verò te ducebant,

Et veloces passeret, nigras pennas

Variè agitanter, è cælo aerem

Per medium.

Quod ad columbas, maternas agnoscit aues Seneca apud Maronem, & Porphireis aies oloribus vehitur. apud Horat. od. 1. l. 4.

Nec obuias aquilas, nec accipitres rapaces pertimescit.

Tales Milui ad rapinas incitatissimi, ut nec macelli carnibus parcant, Iouis sacra non tangunt.

Τῶν δ' ἐκ τῆς Διὸς ἰσχυρίας οὐκ ἂν προσάψαντο: Aelian. de animal. l. 2. c. 67.

Iouis caruleum supercilium. κωνέχισιν ἐπ' ὄφρυσι νεύσει Κρονίω μ. ἰλ. α.

DIANA.

Ex Apuleio, 2. Metam.

Descriptio. XII.

Conta Parius lapis in Dianam factus, tenet libratam totius loci mediocritatem: signum perfecte luculentum, veste refectum, procursum vegetum, introeuntibus obuium, & maiestate venerabile. Canes utrinque secus Deæ latere maniant, qui canes & ipsi lapis erant. His oculi minantur, aures rigent, nares hiant, ora laxuunt, & sic vnde latratus de proximo ingruerit, cum putabis de faucibus lapidis exire, & in quo, summum specimen operæ fabrilis egregius ille signifex prodidit, sublati canibus in pectus arduis, pedes imi resistunt, currunt priores: Ponè tergum, Deæ saxum infurgit in speluncæ modum, muscis, & herbis, & folijs, & virgultis, & pan-

T t

& pan-

& pampinis, & arbusculis alibi de lapide flo-
rentibus: sub extrema scilicet margine poma, &
vina faberrimè polita dependent, quas ars ex-
mula naturæ, veritati similes explicuit: pu-
tes ad cibum inde quædam posse decerpi; & si

fontes, qui Deæ vestigio discurrentes in so-
uem vibrantur vndam, pronus aspectus
credes illos, ut rure pendentes
racemos, nec agitationis offi-
cio carere.

DIONYSII STATVA.

Callistratus in signum Dionysij;

Descriptio. XIII.

Δαδάλω μὲν ἔχων ἰδεῖν τὰ περὶ Κρήτην
πιστεύειν δάμματα, κινῆματα μηχαναῖς
ταπεινά, καὶ πρὸς ἀνθρώπων αἰσθησὶν ἐκ-
εἰσέδωκε τὸν χρυσόν. αἱ δὲ Πραξιτέλειοι χεῖρες
ζωπικὰ διόλκιμα χρυσόκλυτον τὰ τεχνήματα
ἄλλοθεν ἦν, καὶ Διόνυσος εἰσῆκει, ἠδὲ σῆμα
μιμῆδον οὐτὼ μὲν ἀπλοῦς, ὡς πρὸς σάρκα
μπαρβύθμιζεσθαι τὸν χαλκόν οὕτω καὶ ὄργον καὶ
κεχασμένον ἔχων τὸ σῶμα, ὡς ἑτέρας ὕλης
ἀλλὰ μὴ χαλκοῦ πεφυκός. ὁ χαλκός μὲν ἦν, ἤρου-
δραμετο, ζωπὸς δὲ μὲν οὐκ ἔχων, ἐβλετο τῶν
ἰδεῖν δεικνύειν. ἀφαιμένω δὲ τῷ πρὸς τὴν ἀκμὴν
ἠπείριστο, καὶ ὄντως μὲν ὁ χαλκός ἦν σαγανός· ὑπὸ
δὲ τὴν τέχνης μαλατόν μὲν εἰς σάρκα, ἀπὸ δὲ
δρασκε τὴν χεῖρὸς τὴν αἰσθησὶν. ἦν δὲ ἀνθρώπος, ἀ-
βρότη γέμων, ἰμέρω δὲ οὐκ ἔχων, εἶναι αὐτός.
Εὐριπίδης δὲ Βακχῶν εἰδοποιήσας δεικνύει. κισ-
σός δὲ αὐτὸν ἔφερε περιβέαν σκικίλω. ὡς κισσός.
ἦν ὁ χαλκός, εἰς κλίνας χαμπτόμην, καὶ τὴν
βασύχων τοῦ ἐλικίτηρος ἐκ μετώπῃ χειρὸς
ἀναστῆλον, γέλωτος δὲ ἐμπῆς, ὁ δὲ καὶ παρὸς
ἦν ἐπέκεινα δάμματα, ἠδὸν ἄφηναι τὴν ὕλην
τεκμήρια, καὶ τὴν παρὰ τὴν δὴ λωτὴν ὑποκρίνεισθαι
τὸν χαλκόν. νεβρίς δὲ αὐτὸν ἐσκεπεν οὐχ οἶον εἰσθεῖν
δὲ Διόνυσος δὲ ἀπείριστο. ἀλλ' εἰς τὴν δὲ δορᾶς
μίμησιν ὁ χαλκός μὲν ἐβλετο εἰσῆκει καὶ τὴν λῦ-
ρον ἐπερείδων τῶν ὄργων, ὁ δὲ ὄργος ἠπάτα τῶν
αἰσθησὶν ἐκ χαλκοῦ ποιεῖσθαι, χλοερόμην, καὶ
πρὸς ἠλὸς ἀποσίλειν ἐδοξάζετο, πρὸς αὐτὴν ἀμει-
βόμενος τὴν ὕλην. ὁ μὲν δὲ ἦν περὶ διαοργῆς, μα-

Δαδάλω sanè integrum fuit videre in
Creta, incredibilia quædam, ac miranda
opera, quæ fabricis occultis agitarentur, ut que
aaurum ad humanos sensus effingendos præ-
ter naturam cesserit: verum, Praxitelis manus
spirantia profus molitæ sunt artis simula-
chra. Nemo fuit, in quo Dionysius constite-
rat, adolescentis habitum imitatus, ita certè
mollior, ut æs cum carne, summa conveni-
tate congrueret: adeò verò tenerum, ac deli-
catum corpus inerat, ut ex alia quavis mate-
ria, potius quàm ex ære constatum videretur.
Siquidem æs cum esset, erubescerebat: & cum
vita communione haberet nullam, eius ta-
men speciem gestiebat præ se ferre; nam si
contractasset, ad tactus aciem cedebat: ac rei-
psa quidem solidum, & conrumax metallum,
sed artificio mollior in carnem pulpofam,
manus contactum subterfugiebat, cæterum
floridus, teneritate refertus, ac cupidine dif-
fluens cernebatur, qualem Euripides ipse in
Bacchis accurata simulachri fitione expref-
sit: Hædera certè ipsam circumvestiebat erra-
tico corymborum flexu in orbem diffusa; æs
quippe instar hederæ in ramos inflexum, cin-
norum nodos à fronte diffusos colligebat:
totus porrò in risum effusus viscebatur, quod
certè omne miraculum excedebat, cum vo-
luptatis notas exprimeret materia, & metal-
lum naturæ æmulum, per motiones, affectus-
que fingeret. Hinnuli membrana ipsam vela-
bat, non qualem Dionysius solebat appensam
habere, sed ad pellis imitationem æs confor-
matum erat. Porrò stabat, lyram thyrsu fulci-
ciens; ac thyrsus etiam sensum fallebat, quippe
qui ex ære fabricatus, virens quidam ac flori-
dum cum ipsa certans materia, iaculari pu-
tabatur. Præterea oculus igne rutilans, furio-
sum insuebatur, sed enim metallum vim bac-
chian-